

**www.e-rara.ch**

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,  
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,  
Naturas planetarum**

**Indagine, Johannes ab**

**[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

[Widmungsbrief]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Expertissimo physico Henrico Stromero Verba  
censu, amico, Ioannes Indagine. S. D.

INTER ea quę docte & frugi solent a medicis tractari (Stromere doctiss.) ea precipua sunt quę de Complexionibus adducuntur, quas quidē sic optarim ab suis autoribus scriptas fuisse, ne aliunde nostrum addidisse fucum fuisset opus. Fere enim hic nobis est mos, ut e singulis autoribus præcerpamus aliquid. Deinde ijs quę obscuriora sunt, superinduimus splendorē. Sic ex Astrorum scientia illustrare uolebamus medicinā. Verum cū nihil huiusmodi uideremus, atq; non tam conuiuere q̄ contemnere medicos hæc, studiū hoc nobis fuit, nō quidē quo derogari medicorū autoritati uoluerimus, sed quo una cum illorum canonibus, cuiuslibet etiā e stellis & planetis obuiam faceremus, atq; procliuē cognoscere, cui quisq; qualitati sit obnoxius. Sunt enim diuersa hominū ingenia, quę ex planetis cognoscere in promptu est: ex qualitatibus uero elementorum non adeo. Veluti, quod efferi sunt Thraces, Itali regales ac splendidi, stolidi ac leues Galli, Syri auari, acuti Siculi, luxu defluentes Asiani, & Assotij, iactabundi Hispani. Sunt præterea propathię, metriopathię, dispathię, & idiopathię: quę nusq; rectius q̄ ex planetis ipsis dinoscuntur, & climatum obseruatione. Facit autem propathias Mercurius, metriopathias Iupiter, dispathias Mars & Saturnus, idiopathię singulis singulę cōmunes sunt. Et si Proclo credimus platonico, etiā ætates ex planetis pendent. Nam primum mensem deberi uolunt Saturno, secundum Ioui, tertium Marti, quartum Soli, quintum Veneri, sextum Mercurio, septimum Lunę. Rursum octauum Saturno, nonum Ioui: atq; sic deinceps. inde quoq; inprosperos fieri partus mense octauo, nono autē optimos. Huiuscemodi coniecturam curę nobis fuit adscribere, & ex Astrologia adserere medicam artem nunq; laudatam satis. Tu qui primum efflagitasti opus a me inuentum primo, benignis & obuijs suscipe manibus, atq; inuidiam (si potes) malignantium Zoilorum, splendore tuo propelle. si non potes, ride. Commune enim hoc habet nostra Astrologia cū bonis regibus fere, ut bene faciat, & male audiat. Vale. Datum Steinheim ex parochia nostra. 12. Augusti, Anno. 1522.